

lem moriendi. sperans eciam & firmiter credens peccata mea largioribus elemosinis posse redimi. meorum ob remissionem peccaminum. & principaliter ad honorem dei genitricis semperque virginis marie Curiam meam in Nodeby cum molendino et omnibus attinenciis eius mei iuris confero monachis de alvastro apud quos eciam meam eligo sepulturam. rogans humiliter & instanter Memoratos abbatem et Fratres ut annuatim in omnibus missis que dicuntur singulis mensibus pro fundatoribus dicti loci mihi plenam participationem conferant et parentibus et Consanguineis meis. Insuper annuatim in die transitus mei. videlicet in octava beate virginis speciales oraciones iniungi faciant & Missam cantando dici presentibus Conuentualibus ad altare sancti iohannis babbiste quod mihi sepe dicti fratres fideliter & firmiter faciendum promiserunt. Preterea confero fratribus minoribus Sudercopie. viginti Marcas. Hospitali ibidem tres marcas. Predicatoribus in Skeningia sex Marcas. Sororibus ibidem quatuor Marcas. Hospitali ibidem tres Marcas. Monialibus in askeby quinque marcas. Monialibus wretis tres Marcas. Jtem ecclesie Svanshals. octavam partem octonarii in lorbby. ad ornatum. tantumque ecclesie de broby. et ad similem Sacerdoti de Svanshals. vnam vaccam. Sacerdoti de askeryt vnam vaccam. Sacerdoti de røskýrc. vnam vaccam. tali conditione quod in quolibet mense per annum integrum quilibet eorum vnam missam celebret pro defunctis. Jtem omnibus mancipiis meis confero libertatem. Ad solucionem premissorum in testamento. vnum octonarium in glanuas venalem exponi feci, heredibus meis si placuerit eis ipsum redimendum pro datis superius memoratis Huius rei testes fuerunt. Dominus petrus de Svanshals. Dominus iohannes de røskýrc. Petrus de Espelvnt. et magnus filius eius. Datum anno domini. M^o.C^o.LXXX^o. II^o. In octava natiuitatis virginis gloriose.

Sigillen: N:o 1. Abbotens i Alvastra, skadadt; N:o 2 bortfallet.

mittere litterarum testimoniis roborata. Prouide ego Ragnildis relicta felicis recordacionis domini Joans karlsun. lacum dictum Musamyr, situm iuxta sictioniam seruis dei fratribus predicatoribus sictioniensibus collatum a domino gera de winagarnum. & a dilecto marito meo supramemorato dictis fratribus confirmatum, ipsorum esse possessione plenaria quantum ad terram, aquam. gramina. ligna. & cetera que loci illius sunt tenore presencium protestor Conuentum autem predictorum fratrum apud quos eciam mihi iuxta maritum meum eligo sepulturam, dono & fauore cupiens prosequi speciali. confero eis, decursus aque de dicto lacu spacium trium brachiorum in latitudine tam per agros quam per plana camporum. & hoc vsque ad molendinum ipsorum. ne quis in posterum ipsorum vtilitatem & commodum per modum aliquem valeat impedire. In cuius rei testimonium siggillum illustrissimi sweorum gothorumque regis domini Magni. & siggillum meum proprium presentibus est appensum Datum sictionie anno domini. M^o.CC^o.LXXXII^o. in die sanctorum Cosme et damiani.

Sigillen: N:o 1 bortfallet; N:o 2, andeligt, skadadt.

757.

1282 d. 23 Nov.

Husby Trögd.

Kon. MAGNUS Is Gåfvobref på Hargsö m. m. till Borgaren THIDEMAN Friis i Stockholm för trogen tjenst.

A. 6. a. 1: 3o.

MAGNUS dei gracia sweorum gotorumque rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino Quoniam ob labilem hominum memoriam viteque fragilis breuitatem que racionabiliter acta sunt frequenter in dubium reuocantur, elucescit autem & uiuit actio cuius se facit littera defensorem, Nos euidenter elucere volumus vniuersis, quod dilecto nobis domino thidimanno Friis cuii stokholmensi. exhibitori presencium racione seruicii sui nobis fideliter inpensi insulam dictam Harxø cum omnibus attinenciis immo cum toto simul quod in longitudinem continet & in latum, quatuor quoque solidos terre cum dimidio in bolstompt hereditario jure conferimus ac perpetuo possidenda Transferentes in ipsum & heredes suos plenam proprietatem & omnimodam facultatem dictam insulam & prenominatos quatuor solidos cum dimidio regendi vendendi donandi commutandi & quocumque modo voluerint ac poterint ordinandi, In cuius testimonium ad euidentiam pleniorum, sigillum nostrum, & sigilla fratris nostri benedicti, & patrum venerabilium dominorum, A strenginensis episcopi, & J. Archyelecti wpsalensis presentibus sunt appensa, Datum Høsebytrøgh anno domini M^o.CC^o.LXXXmo secundo, IX kal. decembris.

Sigillen: N:o 1 Konungens i grönt vax på rödt, gult och svart silke, något skadadt; N:o 2 i gult och svart silke, bortfallet; N:o 3 utv. Arke-Bisk. i rödt silke; N:o 4 bortrifvit.